HIERONYMUS
um 836/859 Seite 103r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38178
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek

insem & ipsis.

hB In anno decimo. siue iuxta LXX duo decimo.
" in decimo mense. siue iuxta hebraicum duo
" decimo. in prima. siue una mensis die.
" factum. ē. uerbum dnī ad me dicens; fili homi
" nis. pone siue offirma faciem tuā contra pha
" raonem regem aegypti. & proph & abis de eo.
" & de aegypto uniuersa loquēris & dices.
" haec dic dnīs dsī; post sidonem quae & ipsa in phoe
nicis litore constituta est. sermo fit ad prophe
tam decimo anno captiuitatis regis ioachin.
& duo decimo mense. & una die mīsis. ut ponat faciem suam siue
offirma & contra pharaonem regem aegypti.
& loquatur de uniuersa siue ad omnem aegyp
tum. & ex alia parte iudaeae in eodem litore
constituta aegypti prouincia describatur.
& quae illi uentura sint proph & entur. sin
autē oportet denumeris aliquid dicere. quē
locum habet inter decem dies una. unde &
in principio geneseos non est dictum.
Factum. ē. uespere & mane. dies prima.
Sed una. ut eandem diem reuolui sempe do
ceat eundem ordinem inter decem decadas.